nia officiorumq suorum debito. Fid. Vrae secus ne fecerint.

Libertatio domus

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod cum nobis Generosus David Hilchen Notarius Gene-
ralis Provinciae Livoniae et Sacrae R. M. Secretarius exposuisset
se domum certam cum agris, hortis et areis ad eam spectantibus
iure haereditario à Reverendo Dno Ottone Schenking Epo Venden. acqui-
sivisse supplicaretque nobis ut non tantum eam emptionem ratam ha-
beremus sed etiam certis libertatibus communiremus. Porro eiusdem
Generosi Davidis Hilchen merita in nos Regnumque nrum cum et sin-
gulare in obeundis nostris servitiis studium tale est, ut illi hoc
quod petebat negare non possemus. Quapropter supplicationi praefa-
tae ipsius benigne annuen. de certa scientia nostra cum consensu
Senatorum Regni nri ad conventum praesentem congregator. In pri-
mis ius ipsius haereditarium per eum super domo praefata hortis a-
reis et agris ad eam spectantibus per omnia pro se suisque perpetuo
et haeredo requirentibus emptionem illam ratam habemus confirmamus
et in omnibus punctis clausulis et articulis approbamus et ut maior
gratia nra in eodem Davide appareat eandem domum temporibus per-
petuis ab omni iurisditione civili terrestri castrensi Palatinali Ca-
pitaneali Praesidum eorumque officialium liberamus necnon eandem ab
omnibus oneribus exactionibus tam ordinariis quam extraordi-
nariis Reipub. et Civilibus necnon ab onere excipiendorum hospi-
tum absolvimus liberamus et immunem prorsus facimus. Ita ut
praefatus David Hilchen successores eius et omnes eius domus pos-
sessores coram nemine alio praeterquam coram nobis de omnibus in-
iuriis tam personalibus quam realibus videre teneantur. Licebit
quoque eidem Davidi Hilchen domum praefatam omnesque eius attinen-
tias sive in toto sive in parte nemine requisito vendere, dare, donare
commutare et quovis modo alienare sive Magistratui civitat. Rigen.
sive alteri cuipiam hominum nullius contradictione obstante. In
cuius rei fidem etc.

Mandatum ad capitan.

Sigismundus etc.

Generoso Stanislao Szaliwskij Capitaneo Warss. Fid. nobis dile-
cto gratiam nram Regiam. Generose Fid. nobis dilecte Decreto nro
informatorio in causa cuiusdam criminis facinoris quod per quen-
dam Gallum Bulasowicz subditum de villa Gotowsewo in eiacula-
tione sclopeti in damnum eius factum esse di pronunciavimus ut
Nobilis Joannes Wesel de Konradzrecz eundem Gallum officio Fid.
T. praesentet quem Fid. T. tamdiu detinebis donec causa quae eidem
Joanni Wessel cum Nobili Laurentio Wessel occasione eiusdem ictus
intercedit determinata fuerit. Quare Fid. T. mandamus ut posteaquam

376

praedictus Joannes Wesel eundem Gallum Fid. T. praesentaverit et
eum in detentionem tunicam susceperat et in omnibus sese iuxta hoc
idem decretum nrum in vim informationis nrae latum conservet. Pro gratia
nra officijque sui debito

Mandatum ad Crac.

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Martino Urbankowicz, nunc Proconsuli
et Cons. Civitatis nrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam.
Spectabiles et Famati Fid. nobis dilecti. In causa et actione quae
Fid. Vris cum Nobili et Honoratis Valeriano Gutteter, Sebestiano
Przybytek et Stanislao Pachoska ratione cuiusdam detentionis
et contumeliis eisdem illatis coram Iudicio nro ex citatione literali
nra intercedit deputavimus certos Commissarios nros. Quare Fid.
Vris mandamus ut postea quam ab eisdem per innotescentias lrãs
vocata fuerint coram eis compareant causam praedictam attestent
et quidquid in ea decreverint firmiter observent ad nos
vero non nisi a sententia definitiva provocare praesumant. Pro gratia nra etc.

Donatio bonor. profugi.

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quia nos habentes rationem servitiorum Nobilis Stephani Wazgorski
quae ille nobis per integros annos quatuordecim in Cancellaria
nra praestitit faciendum nobis esse existimavimus ut eidem bona omnia
etc. Civis Gedanen. non ita pridem criminis cussionis falsae monetae
accusati et profugi donaremus prout iam ex nunc donamus titulo
donationis perpetuae. Damus eidem plenam facultatem eadem bona
quatenus Fisco nro obnoxia sunt tam Gedani quam alias ubicunque
locorum existen. repeten. tollen. et in usus suos converten. nihil iuris
nobis Fiscoque nro in eis reservando sed illud totum in memoratum Ste-
phanum Wazgorskij transferendo in forma donationis perpetuae plenissima.

Innotescentia commissar.

Martinus Dobroszowskij Burgrabius Arcis Crac. Paulus Lo-
szuckij et Paulus Scerbicz S. R. M. Secretarij ad negotium
infrascriptum per Sacr. R. Mtem deputati Commissarij. Vobis omni-
bus et singulis Emptoribus hortulanis et incolis villae nrae Nowa-
wies in suburbio Civitatis nrae Crac. sitae villae nrae Lobzow con-
tiguae alijsque omnibus quorumcunque fundorum domor. agror. et hortorum
in eadem villa possessoribus quorum nomina et cognomina hic haberi
volumus pro expressis. Innotescimus exhibitas nobis esse literas
Commissionis Sacr. Regiae Mtis quibus sua Mtas negotium totum redem-
ption. villae praefatae de manibus vestris nobis clementer demanda-
re dignata est. Mandans nobis quatenus vobis ad cautis in
villam praedictam Nowawies descenderemus et singulorum fundos
aedificia et possessiones taxationi iuridicae subijceremus summam in deltime
proveniens vobis adiudicata et numerata possessionem eorundem hortor.
et fundorum S. R. M. attribueremus. Quapropter rigore S. M. Chri.